



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

20. Contra Frisones morosos. Jussa Cæsaris executurus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

Una jam Frisios cura distrahebat tantam pecuniax vim corradendi. Et quanqnam 1663.  
Proviuiae istius Ordines florenos ter centum *Contra* mille ( qui centies & vigesies mille imperia- *Frisones* libus valent ) Principi suo subsidiarios stipu- *morosos*, lati erant; quod ea tamen summa necdum sufficeret, neque citius, quam post triennium tota numerari posset, & interim quotidie approximaret terminus; ad Confœderatarum Belgij Provinciarum Ordines recurrent. Qui dum mutuum addicunt, id pariter *Christophoro Bernardo* significant, ac confidere se, pro humanitate sua tantisper exequi supersessum. Ipse etiam *Georgius Christianus*, adornatâ Legatione, Monasteriensem Corbeix tunc moratum exorat quatuor hebdomadas, statx diei prorogationem: Tametsi, respondebat Batavis Præful, haud sibi liceat transgre- di limites potestatis suæ, quæ tantummodo sonet executionem; indulsisce tamen Frisiis spatium, quod speret excusari posse. Dum verò Batavi *Fortalitium Dylerianum*, ceu hypothecam volunt, ita Reip. obligatam, ut munitum ipsi possideant, nec reddere teneantur ante mutui solutionem: Et id Frisia Princeps cuicunque detrectat; causatus tam pacis Westphalicæ quam patriis legibus adversari, plura in alienos transferre munimenta, præsertim ad allabentem Amasim, non sine vicinorum incommodo, & in priuiniis com-

Qq 2

mer-

1663. merciorum : expirat tempus ante septimanam  
quatuor indultum ; adeo ut novas Frisia  
ducias debuerint flagitare, & etiam ab ambo  
Principe mensem alteruin impetrarint.

*Fusca  
Cæsar is  
executu-  
rus.*

At cunctantibus iterum Batavis, nec par-  
tis argentum mutuare, priusquam *Castellum*  
*Dylerianum* in pignus detur, quidquid Fri-  
Princeps mutui accelerationem urget, moni-  
que frustrâ , in proximo esse induciarum-  
nem ; Labitur mensis alter. Enim  
*Christophorus Bernardus* non jam famâ solita-  
sed è Frisia & ipsa Comitum-Hagâ certius  
ambire Remp. *Arcis Dyleriana* munimenta  
unicum nempe in Frisiâ Orientalem au-  
tum ; atque ita omnem posse executionem  
facile impediri, relictâ præproperè *Corberia*.  
*Dicæcisin Sassenbergam* redit. Arbitratus  
prorogatâ toties executione nunc tandem &  
sc, & ipsum Cæsarem ludi, Majestatis Imperi-  
dignitatisque tenax, ne justitia, basis Imperi-  
orum, remorâ tam inutili sufflaminaretur,  
necessarium existinavit ocyùs prævenire.  
Nocte itaque, octavam inter ac nonam Dicæ-  
cembris mediâ, sexcentis ferè armatorum co-  
missis, sub clypeo Imperij, *Castellum Dyleria-*  
*num oc-* missum facilè interceptit ; Nam praesidiani in  
*cupat &* clamata Cæsar is authoritate territi, acce-  
*munit.* stendo impatos, desperata loci defensione, il-  
licò se dediderunt, absque omni molestia per-  
missi cum sarcinis suis in Frisiâ abire. Mox  
Nico-

*Castellum*  
*Dyleria-*  
*num oc-* missum, sub clypeo Imperij, *Castellum Dyleria-*  
*num facilè interceptit* ; Nam praesidiani in  
clamata Cæsar is authoritate territi, acce-  
stendo impatos, desperata loci defensione, il-  
licò se dediderunt, absque omni molestia per-  
missi cum sarcinis suis in Frisiâ abire. Mox  
Nico-

Nicolaum *Elverveldum* Chiliarcham, militiæ veteranum, Castello imponit, ac trecendorum triginta militum præsidio, novis pugnaculis, tormentis bellicis, omniq[ue] Martio apparatu erepente communit.

*Frisios* statim, & altius *Batavos* perculit *Id agè* deditio[n]is fama. Hi *Frisio* Principi exproferrunt desiderati pignoris procrastinatio[n]em; *Batavi*. *Frisones* contra accusant lentitudinem multū, utriq[ue] partium tunc sane inopportunam. Nec ultra cunctati Unitarum Provinciarum Ordines, confiniis circùm præsidijs sollicitè excubias imperant, curamque vigilē, ne quid per ejus speciem tentamenti Reip. subditus patiatur. Fortalitiis quoque vicinioribus de maiore copiarum numero, dequé annona anxiè prospiciunt, oculo in Monasteriensem tantò intentiore, quò suspectius erat sub idem tempus tam feriò repeti Borculoam.

*Christophorus Bernardus Batavorum indignationem doctus*, nec aliudè turbamenti quidquam subveritus, non minore cura ac fisione muniebat arcem, quam invitatus ad Imperij Comitia, cogitabat Ratisbonam. Hanc Cæsar Urbem mense Decembri jam intrârat, ut qui publicæ hactenùs saluti indormire videbantur, præsens expergefaceret, atque ita plures non solum Principes, sed & suppetias ex Imperio certius acciret. Etsi

21.

Comitia  
Imperij.

Qq 3

enim